

Et cum ipsos visus esset, valde magno gaudio super ipsis gaudivit et ammiravit dicens: Quare iste tam solennis Doctor tam profundam scientiam tam diu tacuit. Si enim ante X annos sic scripsavisset, non fuisset ille Heresiarcha Lutherus tam nocivus in Germania. Tunc ego valde laetae mentis super tali laude vestra et praeconisatione rogavi Rev. dominationem suam, ut vos aliquo munere vel Prebenda decoraret. Tunc respondit cum S. Petro: Aurum et argentum non est mihi, sed quod habeo, hoc ei do, scilicet, quod volo scribere Papae et Cardinalibus, ut D. Ieronymum decernant Quintum Doctorem Ecclesiae vel saltem Quintam columnam Ecclesiae, quod, si nolunt eum Quintum facere, expedit, ut S. Augustinum vel S. Hieronymum delent, et pro eo scribant: D. Ieronymum Tungersheym. Quia nullus istorum quatuor scripsavit ad tot civitates sicut iste scripsavit in uno titulo, ut merito possit Poligraphus nominari, scilicet a polis quod est civitas, et graphus, id est scribere. Haec vox tanti Praesulis me sic consolavit et gavisavit, ut mox in vestro titulo Poligraphissimo scribere voluissem ad bonum exemplum omnibus aliis, ut vos solemniserent isto solenni titulo in toto mundo, etiam in gratiarum actionem Episcopi Misnensis qui vos tali titulo decoravit. Cum ista sic loqueremur, Fuit unus nobilista praesens, qui dixit: Papa et Cardinales non libenter facient eum Quartum vel Quintum Doctorem, Quia ipsi volunt pro hoc pecuniam habere, Sed D. Tungersheym non dat libenter pecuniam sed libentius accipit; sic etiam sperat per istos libros multum lucrare. Tunc respondit Episcopus: Si Papa et Cardinales hoc non facient, Tunc nos cum nostro Capitulo volumus eum declarare primum Doctorem Ecclesiae Misnensis et Cochleum secundum, S. Bennonem tertium, Me vero (quod humilitatis gratia facio in gloriam Dei) quartum, Quia licet multo plus meritatus sum, quando Posnae in Polonia non volui hospicium intrare nisi prius uno asserere superfixo deletus fuisset ille Diabolicus Rythmus: Verbum Domini manet in aeternum, Tamen, quia scriptum est: Qui se humiliat, exaltabitur, ideo volo esse contentus, quod ultimus inter quatuor Doctores Ecclesiae Misnensis computatus fui. Deus dabit gratiam: quando ero unus Cardinalis, ero et ego libros compilare.

Consolato ergo vos, profundissime Doctor, in istis verbis et gloriare, quod tales libros scripsavistis. Et nolite timorare, si aliqui truffatores vos vexissent et turpiter nominassent. Sit vobis multum satis, quod talis Episcopus vos sic amatisat et laudisat. Nam vos bene habebitis, qui vos defenditabunt, Sicut ego nuper feci coram fratribus meis contra quendam Lutheranum, qui vos multum turpiter vexissavit, et frater P. Sylvius omnia signavit et in modum Omeliae seu Sermonis ordinavit. Omnes mirant istam Omeliam a me sic immediate factam et putant, quod sit melior quam omnes Omelias Origenis et Gregorii. Ideo dedi ei nomen novum in rei perpetuae memoriam et appellavi Epicedion. Scio, quod impressabitur ubique et multum confundabit istum Diabolum Lutherum, et sic erit nomen meum super omne nomen Lutheri. Sed ego sum nimis longus in scribendo. Ecce mitto vobis omnia. Vos legitate et relegitate et invenissabitis mirandria et mirabundria. Hoc scio. Valet benissime!

Humilis frater Paulus Hamnikolus,  
indignus Abbatissa Monstri

[am Rande: Monstri per syncopam pro Monasterii]  
Cellensis in Misna.

